mundo ad patrem · cum dilexisset suos qui erant
in mundo · in finem dilexit eos · Et cena
facta · cum diabolus iam misisset in cor · ut tradere
ret eum iudas simonis scariothis; sciens quia
omnia dedit ei pater in manus · et quia a deo ex
iuit et ad deum uadit; surgit a cena · et po
nit uestimenta sua · Et cum accepisset lin
teum · cinxit se · Deinde mittit aquam in
pelluim · et cepit lauare pedes discipulorum · et
extergere linteo quo erat cinctus · Venit
ergo ad simonem petrum · et dicit ei PETRVS ·
Domine · tu mihi lauas pedes · Respondit ihs ·
et dixit ei · Quod ego facio tu nescis modo · sci
es autem postea · Dicit ei petrus · Non laua
bis mihi pedes in eternum · Respondit ei ihs · Si dixe
non lauero te · non habebis partem mecum · Dicit
ei simon petrus · Domine · non tantum pedes
meos · sed et manus et caput · Dicit ei ihs ·
Qui lotus est non indiget nisi ut pedes laue · sed
est mundus totus · Et uos mundi estis · sed
non omnes · Sciebat enim quisnam esset qui tradetu
rus erat eum · propterea dixit · non estis mundi omnes ·

Lectio CXIII
Et CCLXII
Lectio CXIIII
Et CXLII
Et CXVIIII
Lectio CXV
Sot